

¶ Utrum scientia vel prescientia vel dispositio vel predestinatio potuerit esse in deo si nulla fuissent futura. b

Hic considerari oportet:

utrum scientia vel prescientia vel dispositio vel predestinatio potuerit esse in deo si nulla fuissent futura? Si enim prescientia sit futurorum et dispositio faciendorum et predestinatio saluandorum si nulla essent futura si nihil esset facturus deus vel aliquid saluaturus non videtur potuisse in deo esse prescientia vel dispositio vel predestinatio. Potuit autem deus nulla prescire futura potuit non creare aliquid vel non saluare aliquid. Potuit ergo in deo non esse prescientia vel dispositio vel predestinatio. Ad hoc autem ita a quibusdam opponitur. Si inquit potuit prescientia dei non esse in deo ab eterno et potuit non esse. Si vero potuit non esse cur prescientia dei sit et prescientia sit et essentia. Potuit ergo non esse ab eterno id quod diuina essentia. Ita et de dispositione et predestinatione que diuina essentia obijciunt. Addunt quod etiam ita loquuntur. Si potuit deus non prescire aliquid cum idem sit deus prescire quod scire et scire quod esse potuit ergo non esse. Item. Cum idem sit deus prescientia esse et deus esse si potuit non esse prescientia potuit non esse deus. Potuit autem non esse prescientia si potuit nulla prescire. At potuit nulla prescire quia potuit nulla facere.

Dispositio

¶ Responsio quod prescientia et dispositio et predestinatio quasi relatiue dicuntur ad futuras res vel faciendas. c

Ad hoc iuxta modum

duum in se intelligentie ita dicimus. Prescientia et dispositio vel predestinatio ad aliquid dici videtur. Sicut enim creator ad creaturas relatiue dicitur ita prescientia vel prescientia ad futura referri videtur et dispositio ad facienda ac predestinatio ad saluanda. Verum creator ita relatiue dicitur ut essentia non significet. Prescientia vero vel prescientia et in respectu futurorum dicitur et essentia designat. Ita etiam dispositio et predestinatio. Itaque cum dicitur. Si nulla essent futura non esset in deo prescientia vel non esset deus prescientia. Quia varia est ibi causa dicendi: distinguere oportet ratione dicti. Cum ergo dicitur. Si nulla essent futura non esset in deo prescientia vel non esset prescientia. Si in dicendo hanc causam attendis scilicet quia nulla essent subiecta ei prescientie unde ipsa possit dici prescientia vel ipse prescientia quod verum dicitur pro futuris: verum est intellectus. Si autem ea ratione dicitur quod non sit in eo prescientia que prescientia futura vel quod ipse non sit deus que futurorum prescientia: falsa est intelligentia. Sicut et ille locutiones

determinade sunt. Potuit non esse prescientia dei vel potuit non esse prescientia et potuit deus non prescire aliqua id est potuit esse quod nulla futura subiecta essent ei prescientie et ita non posset dici prescientia vel prescire vel prescientia ei prescientia non tamen eo minus ipse esset vel eius prescientia. Sed non posset dici prescientia vel prescire vel prescientia si ei prescientie futura nulla forent subiecta. Sicut de dispositione et predestinatione vel prouidentia. Hec enim videtur esse ad temporalia referuntur et de temporalibus tamen sunt.

¶ Scientia dei non tamen est de temporalibus sed etiam de eternis. d

Scientia vero vel

sapientia non tamen de temporalibus sed etiam de eternis est. Ideoque et si nulla fuissent futura esset tamen in deo prescientia eadem que modo est nec minor esset quam modo nec maior est quam esset. Sciuit ergo deus ab eterno eternum et omne quod futurum erat et sciuit immutabiliter. Scit quod non minus prescientia et futura quam prescientia et sua eterna sapientia et immutabiliter scit ipse omnia que sciunt. Omnis enim ratio superne et eterne sapientie (ut ait Ambrosius) in eo est quia omnem sapientiam et scientiam capit sua immensa sapientia.

¶ Quare omnia dicantur esse in deo et quod factum est habet vitam esse in eo. e

Propterea omnia

dicuntur esse in deo et fuisse ab eterno. **¶** *Augusti. sup. Geni.* Hec visibilia inquit antequam fierent non erant. quod ergo nota deo erant quod non erant? **¶** *Augusti. sup. Geni.* Quod ea faceret que sibi nota non erant non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit non facta cognouit. Proinde autem quod fierent et erant et non erant. Erant in dei prescientia non erant in sua natura. Ipsi autem deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset: quam illo quo ea nouerat ut faceret. Apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Ecce hic habes quod hec visibilia antequam fierent in dei prescientia erant. Et hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in deo et omne quod factum est dicitur vita esse in ipso non ideo quod creatura sit creator vel quia ista temporalia essentialiter sint in deo sed quia in ei prescientia semper sunt que vita esse. **¶** *Augusti. sup. Geni.* Eadem ratione dicuntur omnia ei prescientia. f

Inde est etiam quod

omnia dicuntur esse prescientia ei non solum ea que sunt sed etiam ea que prescienter et ea que futura sunt. fm